



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica  
Recapitvatio**

**Molanus, Johannes**

**Dvaci, 1616**

Quarta die Augusti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9477**

locus amoenitate & pietate celebris, secundo mil-  
liari à Duaco in Flandriæ finibus, diœcesis Acre-  
batensis.

### Quarta die Augusti.

*De reliquijs sanctæ Walburgis virginis.*

*Ex monumentis Furnensium, & aliunde.*

**I**N Germania, natalis sanctæ Walburgis sacræ Meyer. 870.  
virginis. Huius autem & fratrum eius, sancto- Eg. de eius  
rum videlicet Wilibaldi & Wunibaldi reliquiæ, al- translatione  
latæ sunt ex Germania anno octingentesimo se- 1089.  
ptuagesimo, per Flandriæ Comitem Balduinum  
Ferreum, & magno cum honore Furnis repositæ,  
instituto ad id monasterio ordinis sancti Benedi-  
cti, quod nunc est Canonicorum collegium die-  
cesis Iprensis. Quod autem ad sanctos attinet, Wi-  
libaldus fuit per beatum Bonifacium Germano-  
rum Apostolum institutus primus episcopus Au-  
reatensis, siue Eistetensis. Beatus vero Wunibal-  
dus & sancta Walburgis in eadem dœcesi in mo-  
naistica vita laudabiliter præfuerunt, & obierunt.  
Vnde præcipua sanctæ Walburgis portio habetur  
Aeichstadij, in monasterio quod ab ea nomina- Chronolo-  
tur, vbi hodie ex eius corpore oleum in subiectum g. a. monas.  
argenteum vas miraculosè defluit, quod multis Germania.  
graibus morbis medetur. Eleuata est inibi & san-  
ctis ascripta, circa annum octingentesimum se-  
ptuagesimum, per Odoerum episcopum Aeich-  
stadensem, consensu Adriani secundi: & ex He-  
denheim, vbi primum fuit abbatissa, ad dictam vr-  
bem translata.

*Filia regis erat; sed egenam se faciebat,  
Dives ut in Christo regnaret semper in ipso.*

Huius

Huius etiam virginis memoriam Antuerpiensis ecclesia quater annuè celebrat, vigesima quinta Februarij, prima Maij, quarta Augusti, & duodecima Octobris.

Cuius causam Goropius colligit, quod Antuerpiantè Christianam religionem, numen Walburgis coluerint. Hinc suscepto Christianismo ad falsum numen obliteratedum, nomen falsæ deæ translatum esse in nomen sancte Walburgis, virginis Anglo-saxonis.

### Quinta Augusti.

#### 1º De S. Abele, archiepiscopo Rhemensi.

*Ex informatione quam Lobys accepi, ex rescripto domini Gentiani Herueti, Canonici Rhemensis.*

*Flodoardus  
Rhemis  
Manuscr.  
\* lib. 2. c.  
16 rectius  
chorepis.*

**L**AUBIJS, natalis sancti A B E L I S Archiepiscopi Rhemensis, & confessoris. Hunc enim virum natione Scotum, vocat Lobiensis ecclesia archiepiscopum Rheinorum, & abbatem suum. Notat autem Flodoardus Canonicus, historiographus Rhemensis, sanctum Abel in ordine episcoporum sequi Rigobertum: quamuis quidam eum \* coëpiscopum tantum fuisse tradant. Addit præterea existare chartas titulatas nomine sancti Abel episcopi. Sed & fragmentum adfert epistolæ Zachariæ ad Bonifacium archiepiscopum Moguntinum, & per Gallias legatum Apostolicum, qua continetur dictum Pontificem trium metropolium episcopis pallia direxisse, ad suggestionem ipsius Bonifacij, & Carolomanni atque Pipini, principum Austrasiæ; Grimoni videlicet, Abel, & Harberto. Honeberto, qui sedes episcopales habebant, Rodonis, Rhemis, & Senonis. Denique citat Adriani ad Turpinum epistolam, qua